



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 4. Concilium Eboracense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

Sæcul. XIV.
A. C. 1367
male habuit; inter alios Cardinalem Vabrensem Guilielmum Bragofum ad ædes Papæ sine pileo profugum; & Cardinalem Carcaffonensem, qui Fratris Minoris personam induit. Cardinales reliqui exceptis Italis fere omnes perfugerunt in Papæ palatium, ubi per triduum, quo durabat tumultus, hærebant: Papæ ipsius vitam appetere dicebantur seditiosi.

Quapropter copias contra urbem advenire voluit. Tum vero cives agniti delicti sui veniam flagitare; se arbitrio Papæ submittere; in signum suæ poenitentiae omnia urbis arma, & catenas, quibus plateas clauferant, in ejus palatium deferre. Præterea in locis, ubi tumultus inceptus, & ubi violentissimus fuerat, erexere patibula, in quibus suspenderunt nocentissimos, nimirum quinque ante domicilium Cardinalis Carcaffonensis Idibus Septembribus; & duos alio die ante portam Cardinalis Vabrensis. Cæteris parcebat Papa, cum quasdam domos munitas destrui jussisset. Sic restituta fuit tranquillitas.

§. IV.

Concilium Eboracense.

In Anglia Joannes Thursbius Archiepiscopus Eboracensis, antea regni Cancellarius

cellarius Thorpii prope Eboracum suis
 cum Suffraganeis concilium provinciale
 habuit; finitque 29 Sept. an. 1367. De-
 cem ibi canones edebantur. Dominicis,
 festisque diebus in cœmeteriis non exer-
 ceantur mercatus, nec judicia, vel lucta-
 tiones, aut similes ludi. Ex occasione
 vigiliarum precumque pro mortuis noctu
 non detur opera ludis, nugisve aliis in
 privatis domibus, nedum in templis. Ob-
 servetur sanctio Archiepiscopi Guilielmi
 Zuchii proximi antecessoris nostri, Paro-
 chis, cæterisque Sacerdotibus annua sta-
 tuentis stipendia. Non impediatur per-
 ceptio decimarum, quippe divino ex jure
 debita. Clericorum vestes saltem ad me-
 dia crura pertineant. Causas matrimo-
 nii cognoscant idonei tantum Viri, Juris
 periti, & in hoc causarum genere exer-
 citati. Nempe frequenter eas indoctis
 hominibus committebant Archidiaconi,
 aliique Judices inferiores.

Sæcul. XIV.

A. C. 1367.

to. II. Cone.

p. 248a.

cap. I.

c. 2.

c. 3.

c. 4.

c. 7.

c. 8.

§. V.

Papa Romam intrat.

Urbanus V denique Romam advenit,
 & cum duobus millibus armatorum
 intravit die sabbati 16 Octobris 1367 an-
 no Christi, sexagesimo autem tertio post
 Benedicti XI discessum & mortem Peru-
 sia

Vita to. 2.

c. 779.

sua